

eadem adversaria sua coram nobis in iudicio comparentes, obtinuerunt proprietatem dictorum bonorum, sicut juris sententia demonstrabat, et venditionem eorundem juste fuisse celebratam legitime probaverunt, et accedens antedicta Jutta renunciavit publice saepedictis bonis, recognoscens, se 25 marcas de data pecunia olim, cum venditio fieret, percepisse. Testes hujus rei sunt Johannes Marcus praepositus major, Conradus praepositus Montis, magister Conradus capellanus noster, Henricus canonicus Sanctae Crucis, notarius noster, Alardus frater domus Theutonum; capitulum Sancti Andreae: Conradus decanus, Daniel, Johannes, Florentius, Wernerus, sacerdotes, Albertus, Wernerus, magister Bertoldus, diaconi, Richardus, subdiaconus, Marcolphus, acolytus; laici: Lippoldus de Antiquo Foro, Conradus marscalcus, Ludolphus camerarius, Bertoldus de Holle, dapifer noster, Olricus de Benningerod, Ernestus de Blickenstede, Tidericus de Tossem, milites; Volkmarus Dives, Thidericus de Domo, Henricus quondam advocatus, burgenses, et alii quam plures clerici et laici. Ut autem istud obtineat perpetuam firmitatem, praesentem paginam inde scriptam sigilli nostri appensione fecimus communiri. Actum in aula nostra Hildensemensi, anno incarnationis dominicae 1228, 7. Idus Novembris, pontificatus nostri octavo.

Schließlich möge es mir noch vergönnt sein, zu der obigen Urkunde Nr. 2 zu bemerken, daß der auf S. 53 genannte Hildesheimische Vasall Arnold und seine Söhne Hermann, Arnold, Dieterich, Heinrich und Johann wohl nicht verschieden sind von denen de Minda, über welche ich in dem Aufsätze „Dieterich, Bischof von Wirland, der Sohn eines Hildesheimischen Bürgers“, im Jahrg. 1859 dieser Zeitschrift S. 75 einige Nachrichten zusammengestellt habe; daß der dort Hartmannus Genannte hier Hermannus heißt, wie bei Lünzel, Gesch. II, S. 525, kann wohl nicht darin irre machen, da die Namen der übrigen Brüder, sowie der des Verwandten Volemarus [Dives], stimmen.

G. L. Grotefend.